



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

21. An percutiens, vel occidens Clericum aggressorem, si possit fugere
incidat in censuram? Et an hoc intelligatur tam de Viro Nobili, quam de
viro infimæ notæ, vel de Clerico, aut Monacho? Et an si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Alibi in Re-
solutionibus
not. præteri-
ta.

12. Et quidem sententiam Victorie etiam cum extensione docet Navarrus, & alij, quos *alibi* citavi, quibus nunc addo Franciscum Cuenca in *Pentateuch. de iurisdictione lib. 4. q. 2. n. 13. & lib. 3. q. 2. n. 10. & q. 3. n. 47. Pegueram in decisibus criminalibus Catalonie, tom. 1. decis. 78. r. 23.* & hanc sententiam speculative esse probabilem docet Dicastillus de *jussu lib. 2. tit. 1. disp. 10. dub. 7. n. 74.* unde, supposita probabilitate hujus sententie, in tali casu percutientem Clericum non incurrere in censuram docet Leone de *cons. collecti. 3. n. 367.*

RESOL. XXI.

An percutiens, vel occidens Clericum aggressorem, si possit fugere, incidat in censuram?

*Et an hoc intelligatur tam de viro Nobili, quam de viro
infima nota, vel de Clerico aut Monacho?*

Et an si aliquis extraneus, vel propinquus consulat Patri, filio, fratri, vel marito occisionem Clerici in flagranti reperiendi, vel iniuste invadentis, an sequuto homicidio in personam ipsius Clerici talis consulens incidat in excommunicationem?

Et doceat virum Nobilem, etiam si possit fugere, posse occidere invasorem absque metu irregularitatis, etiam si precesserit culpa ex parte ejus, ut invaderetur? Ex p. 5. tit. 4. Rel. 26.

S. 1. R. Respondendum videtur cum distinctione: nā, vel aggressus est vir nobilis, cui ignominiosa esset fuga, & tunc non teneatur fugere, sed occidendo Clericum cum moderamine inculpatae tutelae non incidere in censuram: scilicet autem dicendum videtur, si sit vir infimae notae. Sed hanc distinctionem non esse admittendam, sed omnes tam nobiles, quam viles posse aggressorem occidere docet novissima Franc. Cuenca in *Pemateuch de sui defensione*, lib. 3. q. 2. n. 1. §. et seq. ubi sic ait: [Ego dicerem, quod etiam si aliter se salvare posset defensor, & aggressorem occidat, non peccasset in excessu moderaminis inculpatae tutelae videatur: nec est, quod multi fugiendo, se salvare possunt, etiam si sine periculo fugere possint; nam quoad hominum petulantias non sustinendas, & quoad animi, & proprii valoris estimationem, omnes aequales creduntur, tanquam illud à natura habuerint. Iura enim non distinguunt, nec vim fugiendam, sed repellendam dicunt. Et quia *tueri*, verbum, defendendi significationem habet, non fugiendi, q. Usual. Illygerus ad Donel, lib. 17. c. 2. lib. 8. ad finē. Fugere enim, ultra quod periculosum frequentius est, & semper animo fiorem reddit, adversarij, dedecus, & ignominia iudicatur.] Ita ille, cui ad Georgium Obrechtum, de *defens. necessaria*, c. 10. n. 11, cuius verba alibi per extensū adduxi, & alios, rejicientes supradictam distinctionē, & afferentes simpliciter, & absolute omnes ad fugam non teneri, sed posse invales occidere cum moderamine. Et ita ex Theologis loquens de percussione, tenet hanc sententiam Pater Bordon. in *confil. Regul.* 1. ref. 28. n. 31. ubi sic ait: [Fuga non est in precepto ad evitandum excommunicationem, sed tantum irregularitatem.] Et Gloz. ver. *Interim* revertur, c. *Suscipimus*, 1. o. de homicidio, habet locū præcisè in materia irregularitatis, de qua ibi solum sermo est. Secundò, esse communem opinionem neminē debere fugere, sive fuga sit ignominiosa, sive non. Bart. in l. 1. c. *Unde vi*, quem sequuntur Panormit. in cap. *Olim causam*, ad *restit. spoliat.* n. 17. Angelus *verb. Excomm.* §. n. 15. apud Sayrum lib. 3. c. 27. n. 21. ubi tamen tenet oppositum Coriolanus de *cajsb. reprov. casu* §. de iudicio *Regul. de defensoribus*, §. 7. n. 24. §. Quod adeo, ubi citat *Regul. de iur. vi*, §. *im*, ff. de *iust. & iure*. Alex. lib. 1. *conf.* 109. n. 4. Felinus in cap. *Suscipimus*, de homicidio. Neque

enim illa Glossa est tanti ponderis, ut sequenda sit, sed
potius relinquenda, cum de hac re nullam asserat
tionem, aut textum, nisi exemplum Christum Domi-
ni fugientis in Ægyptum, quod non facit ad rem no-
stram. Teriō, fuga est quædam iniuria, *Idem*, apud
Labeanoff, de injur. ad quam repellendam quis persequi
licite potest, *Sylv. verb. Bellum*, 2. n. 4. ergo in eo casu
resistere nullum est peccatum. Quartō, honor, & exi-
stimo, cum sit bonum naturale, non magis conser-
vandus est à seculari, quàm à persona Ecclesiastica, imò
imò ab hac magis, cum sit in nobilissimo statu: con-
sequenter etiam Religioso fuga est ignominiosa, cum
professione non amittat naturalia, neque honorem
sed magis in eo augeatur. *Henr. Rich.*

2. Sed ego non audio à communi sententia Docto-
rum recedere, quos citat, & sequitur Dieballus de *juss.*
lib. 2. r. 1. diff. 10. ubi s. n. 66. ubi sic ait: Affero tertio:
Pari ratione pro defensione honoris iniustus aggressor
pro occidi poterit: v. g. si miles aliquis, ut vir nobilis
ab altero invaditur, nec potest fugam capere sine igno-
minia, non tenetur fugere: sed potest aggressorem pro
defensione sui honoris percutere, & occidere, si aliter
à rixa cessare noluierit. Ratio est: quia huiusmodi ho-
minibus fuga est ignominiosa: sed licitum est occidere
invalorem inferentem injuriam in re familiaris: ergo
inferentem injuriam in honore & fama, quando actu ag-
greditur. Hæc doctrina locum non habet in Clericis,
& Religiosis, quoniam illis non in usu armorum, sed vir-
tutū charitatis, humilitatis, & patientiæ consistit: nec
in homicidiis infamæ fortis, quia exiguum hono-
ris pro jactantur patientur. Sic ille. Vnde ex his omni-
bus docui, virum nobilem, etiam si possit fugere, possit oc-
cidere invalorem abique metu irregularitatis, etiam si
præcelleret culpa ex parte ejus, ut invaderet. Et ita
me citato, tenet novillimè Magister Serra in 2. d.
Th. 2. q. 64. ar. 6. dub. 2. ubi sic ait: Hinc colligitur,
si quis non possit fugere sine gravi nota, & amissione
honoris, non tueri ad fugiendum, nec irregulare
fieri. si alium occidat se defendendo. Ita Suarez in 3.
p. diff. 46. sect. 1. n. 6. ubi hoc limitat cum aliquibus, si
præcelleret culpa, & injuria ex parte ejus, qui fugere
cogitur, ut si ille dedit alteri alapam, vel iniustus ver-
bum dixit, vel cum uxore invectus est, aut pallium no-
lere est aggressus, & aliter in eum insurgit, non solum
ut vim repellat, sed etiam ut vindicet, & occidat. Na
tunc, licet hæc excedat, non potest alter iuste se defende-
re, si potest fugere, cum ipse dederit occasionem rixæ:
& idèd si fugiendo amittit honorem, & ibi & non
alteri imputare debet. Quæ tamen limitatio non placet
Dianæ *p. 2. r. 1. Mis. ref. 16.* tuncque solum veram
esse censet, cum id omne prævium est, vel prævidetur
potuit ab inferente injuriam. Si enim omnino præci-
dens eam consequuta essent, posset uti jure suo per-
severandi: & si aliter non posset se tueri, quam oc-
cidendo, non est, uter deterioris conditionis fieri deberet,
quam alij. Hæc Serra. Vnde patet responsio ad ques-
tum hujus resolutionis, nempe, virum nobilem in-
vasum à Clerico non teneri ad fugam; sed posse illum
percutere, & occidere cum moderamine inculpate tur-
telæ, atque idèd non incurere in censuram Canonis.
*Secus autem si esset vir infamæ notæ, vel Clericus, aut
Monachus, nam isti tenerentur fugere, cum eis fuga
non sit ignominiosa: quare, si non fugiendo percuter-
entur, vel occiderent Clericum, præter peccatum com-
mitterent irregularitatem, & incidere in censuram:
licet à Clerico nobili aliqui dabantur, sed de hoc alibi
dictum est. Vnde opinione Bordoni prolixius quoad
Religiosum non admitto: & nego dispensari, cum
ipse adducit de excommunicatione, & irregularitate:
nam quoad hoc viri passim procedunt, ut patet apud
Leonem de cens. *recoll. s. n. 296. & 297.* cum aliis
dictum est. licet consi-

3. Notandum est hîc obiter, quod, nec

Sup. hoc in
Rel. & §§.
not. seq.

Alibi signan-
ter in t. 8. tr.
3. Ref. 3. §.
ult. Sed lege
eam à princ.
& Rel ejus
annotatio-
num, & in
Ref. 4 § Non
definiam, &
signanter §.
Sed omnino,
ad medium,
à vers. Ad-
dunt tamen,
usque in fin.
Ref. & cur-
suj in aliis
ejus not. &
inf. in Ref.
126 §. 1. tr. 5.

in lentes occidere Clericum, ut *superius* diximus, incur- rant excommunicationem; hoc tamen non procedit in casu, quo quis consuleret occidere Clericum in- iuste invadentem alium: quod patet ex his, quæ in si- mili dubio docet Leone de *cen. ur. collect.* 5. n. 334. ubi sic ait: [Quarto de casu non tacto adhuc ab Au- thoribus. Pone, quod aliquis extraneus, vel propin- quus, consulari patri, fratri, vel marito, occisionem Clerici, in flagranti repertiendi: an sequuto homicidio in personam ipsius Clerici, talis consulerens incidat in excommunicationem? Et respondeo negativè: quia iste consulari id, quod dicto patri, fratri, filio, vel ma- rito, permittum est respectu pœnæ excommunicationis: sed consulerens incurrit hanc excommunicatio- nem, non ut causa principalis, sed ut accessoria: ergo: consequentia probatur ex regula illa trita: *Accessorium sequitur naturam principalis*, cap. *Cum principalis*, ff. de *regul. iur.* cap. *Accessorium eod. tit. in 6.* ubi Doctores. Huic opinioni favet Molina *tom. 4. disp. 99. n. 17. ad fi-* nem, ubi tales persuadentes marito, vel patri interfe- ctionem adulteri, &c. excusati à pœnis sicut ipsos pa- trem, & maritum. Ita Leone. Quæ omnia, ut dixi, pro- cedunt quoad consulentem percussorem, & occisio- nem Clerici, qui alium invaderet ad occidendum.

RESOL. XXII.

An percussus Clericum in defensionem alterius, incidat in censuram?

Et supponitur percussorem Clericum in sui defensionem non incurtere in censuram, quod intelligi, incontinenti cum moderamine inculpatae tutelæ quamvis sciens, & deliberate operetur; fœcus vero si moderamen legitima defensionis transgressus fuerit.

Et docetur, quod prudentis viri arbitrio relinquitur, in quo consistat dictum moderamen.

Et inferitur primo posse mulierem percutere Clericum tentantem suam pudicitiam factio, vel verbis, si alia via avertere à se illum non possit.

Secundo violententer expellens a domo Clericum iniuste illa occupantem in hanc excommunicationem non incidit.

Tentio, si violententer expellat Clericum tibi honorificam se- dem usurpantem.

Quarto, si Clericum bona tua furantem insequaris, & ab eo violententer extrahas.

Et quid, si res furat. as domi haberet depositas, easque pa- cifice possideret?

Quinto fugientem debitorem Clericum, aut de fuga su- spectum detinere poteris, ut Superiorem presentes, debi- tumque recuperes.

Idem est dubium, si in flagranti delicto, vel in ejus proba- bili suspitione iudex secularis Clericum inveniat.

Et tandem explanatur in quibus casibus consistat excessus moderata defensionis. Ex part. 9. tract. 4. Ref. 24.

Respondeo, certum esse, percussorem Cleri- cum in sui defensionem, non incurtere in censuram: quod intelligi incontinenti cum modera- mine inculpatae tutelæ: quamvis sciens, & delibera- te operetur. Dicitur autem moderamen inculpatae tut- elæ, quando quis agit illud, sine quo aliter se, vel alios, vel res suas, vel alienas defendere non potest, ex Bartolo in l. 1. Cod. *Vnde vi*, & in l. *Furem ff. ad legem Cornelianam de Siciariis*.

2. Sed, quid dicendum, si percutiat in defensionem alterius? Dico itaque, quod non incidit in censuram, qui in defensionem sui, vel alieni corporis, honoris, famæ, & bonorum fortunæ Clericum aggressorem de- tintent, vel percutiunt: quia hæc non est vis, & vio- lentia, sed defensio, uti dicitur cap. *Si vero*, cap. *ex te- nore de sent. excomm.* & Clementina unica, de homici-

dio. Quippe defensio non solum propria, sed etiam vis innocenti licita est, argum. cap. *Non infamatus*, & aliis 24. q. 3. & cap. *Dilecto de sent. excomm.* in 6. Ex his in- fertur primò, posse mulierem percutere Clericum ten- tantem suam pudicitiam factio, vel verbis, si alia via avertere à se non potest: quia est legitima, & iusta ho- noris defensio. Ut bene docet Molina *tract. 3. disp. 55. n. 4.* Navarrus *c. 27. n. 105.* Suarez *disp. 22. sect. 1. n. 33.* Avila *2. p. de cens. c. 5. disp. 3. dub. 13.* Coninch *disp. 14. dub. 15. n. 194.* Paulus Layman *lib. 1. Summ. tract. 3. par. 2. c. 5. n. 8.* Bonacina *de cens. in part. disp. 2. q. 3. punct. 6. sect. 4. n. 1.* Secundò, violententer expellens è domo Clericum, iniuste illam occupantem, quando alia via non potest suum jus recuperare in hanc excommunicatio- nem non incidit: quia illa expulsio non est violentia, sed potius violentiæ remotio, ut notavit Sylvest. *verb. Excommuni.* 6. n. 6. Sayrus *lib. 3. c. 27. n. 19.* Molina *disp. 55. n. 3.* Filiucius *tract. 15. c. 1. n. 20.* Bonacina *tom. 3. disp. 2. q. 3. punct. 6. sect. 4. n. 1.* Porro, ob eandem ratio- nem non eris excommunicatus, ed quod violententer ex- pellas Clericum tibi honorificam sedem usurpantem; si alia via in iuriam removere nequis, ut colligitur ex Navarro à contrario sensu *lib. 5. consil. tit. de sent. ex- comm. cons. 40.* Quartò, immunitas ab excommunicatio- ne eris, si Clericum bona tua furantem insequaris: & ab eo violententer extrahas, quando alia via recuperare non potes: quia non inferis injuriam, sed potius in- iuriam repellis. Secus esset, si jam res furatas domi ha- beret depositas, easque pacifice possideret: quia eo casu nò propria autoritate, sed iudicis, si id facile præstari potest, recuperandæ sunt; sicut advertit Nav. *c. 27. n. 76.* Molina *tract. 3. disp. 55. n. 3.* Bonacina *disp. 2. de cens. in p. n. 3. punct. 6. sect. 4. n. 1.* Notanter dixi, si alia vi cõmo- dænequis rem tibi ablatam recuperare: quia percussio, & violentia in Clericum non alia ratione licet, nisi quatenus est necessaria ad proprii, & alieni juris de- fensionem. Quintò, fugientem Clericum debitorem, aut de fuga suspectum detinere poteris, ut Superi- ori presentes, debitumque recuperes: quia illa de- tentio est proprii juris defensio, & damni inferendi remotio. Idem est, si in flagranti delicto, vel in illius probabili suspitione iudex secularis Clericum inven- niat: potest enim eum in vinculis detinere, ut quam- primum postea Iudici Ecclesiastico remittat. Quin- to offensus à Clerico in eventu, quo is Clericus ob offensam mittendus esset in carcerem, & puniendus, potest absque timore excommunicationis eum vin- culis alligare, ut suo Iudici intra 24. horas præsentet, si id necessarium est ad satisfactionem sumendam, tes- tes examinandos, aliæque ad probationem delicti re- quisita. Et hæc omnia, cum citatis Doctoribus, tener Castus Palas *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 3. n. 5.* cui ego addo Fragorum *de Repub. Christi tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 3. t.*

3. Sed nota, quod licet, ut *superius* diximus percu- tiens Clericum in sui, & aliorum defensionem non incurrat in censuram; id tamen intelligendum est, dū- modo moderamen inculpatae tutelæ non excedatur: non enim aliter defensio licita est, nisi cum modera- mine inculpatae tutelæ, l. 1. ubi Glossa, Baldus, Salycet. & ceteri, *C. Vnde vi, cap. Significasti 2.* & ibi Abb. & alij, de *homic. Dec. in l. Vi vim, n. 12.* & ibi etiam ceteri juris interpretes hoc ipsum communiter adnotarunt, Marc. Anton. Eugen. *cons. 22. n. 64. lib. 2.* Innoc. in *cap. Olim, 1. in fin. de restit. spol.* Marian. Socin. in *cap. Perve- nit. n. 207. & seq. de sent. excomm.* Et ideo communiter as- serunt Doctores, quod si quis Clericum percusserit, & moderamen legitime defensionis transgressus fuerit, incidit in sententiam excommunicationis, ut docuit Innoc. in *d. c. Olim. 1. in fin. de restit. spol.* ubi dixit, non licere modum excedere, & excedentem incurtere in excommunicationem. Hostiensis in *cod. c. Olim, n. 17. in*